



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

106. An Consecratio Episcopalis liberet Regularem à vinculo voti
paupertatis? Et an possit talis Episcopus Regularis dimittere habitum
Religionis, & habeat potestatem, ut legitimus hæres vindicandi ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

sectione 2. numero 3. & Bossius de Iubile, sectione 3. cap. 3. §. 4. num. 107. vbi sic ait: [Secunda difficultas, an intelligatur Episcopus electus tantum, non confirmatus, & respondendum nihil videtur negatiū cum Suarez loc. cit. quia non est Episcopus, sed designatus tantum in Episcopum, unde donec sit confirmatus, vel consecratus, manet subditus eidem proprio Sacerdoti, quem ante habebat, electus autem confirmatus, comprehenditur, quia est vere Episcopus Pape immediate subiectus quadam forum animae.] Ita Bossius. Et nota hinc etiam quod in hoc casu nomine Episcopi intelligitur Episcopus consecratus titularis tantum, non habens Episcopatum, & qui post consecrationem renunciavit Episcopatu, non dignitati. Respondendum est affirmatiū cum Henrique lib. 6. cap. 13. §. 3. & Suarez tom. 4. in 3. part. diffin. 27. sec. 2. num. 5. contra Paludanum in 4. diffin. 17. quest. 3. quia verē & propriē est Episcopus, in textu autem nihil aliud requiritur. Quod si renuntiasse Episcopatu, & dignitati, non gauderet illig pniuilegio, nec comprehendenderetur, Sylvest. V. Conflor. 1. num. 8.

2. Sed in his casibus an supradicti Episcopi possent eligere Confessarium tantum, non verē approbatum ab Ordinario, discrepant Doctores, alii negant, alii affirment: Ego vt alibi docui, negotiis adhuc propter declarationem sacrae Congregatio- nis & Gregorij XIII. loquentium de Episcopo iam consecrato, & in diecessi sua iurisdictionem habente; & ita nouissimē, me citato, docet Dicastillus, vbi supra, numero 464. Sed quid dicendum de Eminenissimis Cardinalibus Ioannes Dicastillo vbi supra de Sacramentis, tom. 2. tract. 8. disp. 10. dub. 22. num. 464. me citato sic affirmit. [De Eminenissimis Cardinalibus res est controversa, an Sacerdotes ab illis electi excipientes eorum confessiones, indigent approbationē? Diana part. 3. tractat. 2. refut. 3. & part. 8. tractat. 1. refut. 85. versic. Tertius calus affirmit Azorium requirentem approbationem, & in contrarium alios 5. part. tractat. 2. refut. 10. & putat posse eligere non approbatum a suo Episcopo, dummodo sit eius commensalis, pro quo affirmit Ludovicum à Cruce. Ego facile assentior, quod res sit satis probabilis, vt ipse Diana sentit, & ratione confona.] Ita ille, & hanc sententiam nouissimē tenet in Mellerus in Theologia moralis, tom. 1. malleatione 37. tract. 12. Ego tamen iudicium meum circa præsentem ob- fuscature pro negativa sententia extare aliquos Docto- res afflentes DD. Cardinales non posse eligere in Confessariis, nisi approbatos ab Ordinario; & ita ex Societate Iesu præter Bossium tenet doctissimus Pater Andreas Mendo, in Bullam Cruciatæ, disp. 22. cap. 1. num. 16. vbi sic ait; [Cardinales ex confuetu- dine, ac tacita Papæ licentia possunt eligere in suum Confessarium, quemlibet Sacerdotem etiam simpli- cem alias iurisdictione non gaudentem, vt cum plu- tibus alias Leander tenet quest. 33. Parochi autem non possum eligere in suum Confessarium simpli- cem Sacerdotem, etiam approbatum, sed absque iurisdictione. Tamen eligendi à prædictis Cardinalibus debent esse approbati, vt ex Tridentino constat, ad hoc vt ab sollio præfetur; esto, non habeant alium de iurisdictionem (qua ab approbatione separabilis est) nam qui dedit supradictis potestatem eligendi eum in Confessarium, huic iurisdictionem delegauit.] Ita Mendo, cui addit ex eadem Societate Fragosum in Repub. Christiana, tom. 2. lib. 6. disp. 15. §. 2. num. 10. Sic assentem. [Cæterum Cardinales Episcopi, &

qui legationis causa ab Urbe sunt absentes, nequeunt sibi eligere Confessarium, qui ab Episcopo proprio non sit approbatus.] ex Concilio Tridentino, sess. 23. cap. 15. de reformatione, [vbi non reputatur idoneus, nisi qui aut Parochiale beneficium habeat aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur necessarium, aut alias idoneus iudicetur: Igittu Cardinales post Concilium debent fateri apud Confessarium ab Episcopis approbatum, non obstante cap. ult. de Pœnitent. remissionib. vbi sicut facilius Prælatis exemptis, vt possint eligere sibi Confessarium, quem maluerint, quia id procedebat ante Concilium Tri- dentinum, non autem post illud, vt censuit Congre- gatio.] Hucusque Fragosus. Vnde ex his modo non admitto ea qua dixi in part. 11. tract. 4. refut. 13. quest. 2. nixus auctoritate Patris Pasqualigi decisi 93. qui pro in 10. 1. tr. 3. sua sententia male citat Tannerum, & Ludouicum Ref. 23. §. à Cruce cum aliis: nam Tannerus dicit contrarium, Quero se- vt ipsi Patri Pasqualigo demonstravi. Ludouicus cundo, & seqq. & in à Cruce loquitur cum limitatione, nempe quando alii §§. eius Cardinalis eligit in Confessarium Sacerdotem sim- plicem suum familiarem; alii verē assentur posse quæst. Cardinales eligere Confessarium, sed non assentur posse eligere non approbatum; & hoc tantum vt ve- rum fatear, docet Cardinalis Lugo in loco à me vbi Quæ hic est in part. 8. tract. 1. refut. 85. citato, nempe Car- dinales posse eligere Confessarium, non autem assentur Ref. 38. ex etiam non approbatum ab Ordinario, vt patet apud lege eam à doctissimum Dicastillum vbi supra de Sacramentis, tom. 2. tract. 8. disp. 10. dub. 22. Sed dicit aliquis ad quid ergo deseruit priuilegium eligendi Confessa- riū? Respondeo, deseruire, vt possit eligere caren- tem aliquo iurisdictione. Et sic veniunt limitanda plura quaæ affirmit Pasqualigus in illo tractatu de Ele- ctione Confessarii decisione 92. consequi; nam absolute probata mihi non placent: at ego, vt dixi, quoad Alibi in Res Eminentissimos Cardinales quidquid alibi dixerim solutionib. nunc me negatiū habeo, & nihil definitio, quamvis & §§. trium Garsias in Politica Regulari tom. 2. tract. 10. difficult. 5. præterita; ut dub. 3. punct. 4. num. 7. tenet posse Cardinales exercere notat. huius Ref. cum suis familiaribus ea quæ possunt Episcopi cum sup. hoc in suis subditis; & præsertim, ea quæ potest Episcopus to 9 tract. 7. vigore Concilij Tridentini sess. 24. cap. 6. de Reformat. Ref. 37. & in Vnde quidam Modernus de Officio Datarij, lib. 1. c. 1. §. alii §§. eius not. §. 1. num. 8. docet Cardinales esse ordinarios in suis domibus; sed ego, vt dixi, ante omnia remitto sacræ Congregationi Concilij determinanda.

RESOL. C VI.

An consecratio Episcopalis liberet Regularem à vinculo voti paupertatis?

Et an possit talis Episcopus Regularis dimittere habitum Religionis, & habeat potestatem, vt legitimus heres vindicandi paternam sibi hereditatem; & in vita de bonis suis, ac de acquisitionis iniustis Ecclesiæ tam ample disponere, vt valer liceat Episcopus secularis?

Et an etiam testamentum ante professionem factum re- uocare possit, & etiam possit aliquid donare? Ex p. 12. tr. 1. Ref. 106.

§. 1. Negatiuum sententiam docent commun- ter Doctores, & ex Theologis Diu- sup. hoc lat. sp. in tr. 7. T. hom. secunda secunda, questione 185. articulo 8. & ibi Verum diffi- Ref. 26. §. cultas, & seq. & in 10. 7. tr. 1. Ref. 26. & Caetanus, Pater Valentia, post alios disputatione 10. questione 3. puncto 8. columna 3. Pater Molina tom. 1. disputatione 140. Lessius de Injustitia, & Iure, lib. 2. 27. & in 10. cap. 4. dubitat. 5. numer. 29. & cap. 41. dubitatione 11. 3. tr. 2. Ref. numero 92. Pater Thomas Sanchez pluribus relatis 66. §. Et ideo

^{1.} medium
2. vers. an
quando, &
seq. & in
tom 6. tr. 7.
Ref. 9. & in
tom 9. tr. 7.
Ref. 8. 4. & 1.
& 1.
Libro 6. Decalogi, cap. 6. num. 8. & fo. Pater Ioan.
de la Cruz de Stato Religionis, cap. 2. dub. 4. Azor.
Institutionum Moralium, part. 1. lib. 12. cap. 7. quæst. 2.
Bartholomaeus à sancto Fausto in Theat. Relig. lib. 6.
quæst. 190. Aegidius de Coninch. disputat. 27. dub. 1.
num. 200. nouissime Pater Ferdinandus à Castro in
opere moralis tract. 6. disp. 2. p. 2. 8. ex mera. 3. Rodriguez
in Summa, lib. 20. cap. 33. liuera L.

2. Ex Iuris Cæfatei professoribus post Bald. &
Paul. Molina de primogenit. lib. 2. cap. 10. num. 28.
Alexand. conf. 32. num. 8. lib. 5. Pacianus pluribus
relatis conf. 132. à numero 24. Capicus decis. 200.
Surdus de alimento. tit. 8. priuileg. 79. num. 96. Carol.
de Tapia in Aubent. integri. verb. Sua, cap. 6. num. 85.
C. de Sacra Sancte Eccles. Fab. de Anna latè dict. conf. 45.
ex num. 84. Gabriel Pereira decis. Portugall. 75. num. 1.
Thadæus Piso post alios, lib. 1. variar. resolut. cap. 8.
numero 38. Joan. Harprechtus ad Iulium Clar. in §.
Testamentum, quæst. 38. Marius Cutell. in dicto tractat.
de donat. tom. 1. tractat. 1. discurs. 2. partic. 3. num. 135.
& 150.

3. Ex Canonistis Glossa in d. cap. statutum 18.
quæst. 1. & in cap. quorundam verb. Mendicantium, de
elect. in 6. Specul. lib. 4. part. 2. tit. de stat. Monachorum,
num. 29. Hostien. in cap. Clerici el secundo de vita, &
honesti. Clericorum, & in Summa tit. de stat. Monach.
§. virum, Læliu Zechius de Republic. Christ. tit. de
Regular. cap. 3. num. 14. Petr. Rebuff. conf. 14. per totum.
Conarruias in cap. 1. num. 18. de testament. Martha
tomo 2. de success. legal. 4. part. quæst. 1. art. 4. num. 13.
Stephan. Durant. quæst. iuri. 10. Laurent. de Peyrinis
in Religio. subdit. tom. quæst. 1. cap. 10. §. vnic. Pelag.
de planct. Eccles. lib. 2. cap. 24. Zened. de pauperitate
Relig. dub. 44. num. 5. & ex. num. 3. 1. Nicol. Garcia
de Benef. tom. 1. part. 7. cap. 10. num. 89. Augustinus
Barbo in Pastoral. 1. parit. 1. cap. 4. num. 11. Riccius
tom. 3. Praxis. Resol. for Eccles. resol. 18. num. 1. & 2.
Hieron. Rodriguez Lusitanus in compend. 99. Regul.
patrui. resolut. 60. num. 9. Alexand. Ludouif. decis. 109.
num. 5. Campanil. in diuers. iur. rubr. 12. cap. 14.
Rota Romana apud Farinac. in nouiss. tom. 2. decis. 87.
num. 2. Et ratio est, qui cum status Religiosus tribus
illis pauperatis, castitatis, & obedientiae consitens
votis, cap. inter Monasterium de statu Monachorum
ad perfectionem pertineat, quasi quedam via in per-
fectionem tendendi : & Episcopalis status sit perfec-
tor, vt ad perfectionem pertinent tanquam quod-
dam perfectionis magisterium : hinc est quod illius
perfectio non supprimitur, aut supplantatur per
istius adepctionem, sed potius conseruator, custoditur,
& validatur.

4. Itaque Episcopo Regulari ex administratione
Episcopali à iure concessa illi plenum dominium, &
alienandi facultatem tribueri non debemus, cùm
nuda solùm bonorum post Episcopatum quovis titu-
lo acquisitorum administratione fungatur, proprie-
tatem autem Ecclesie, cui praestet, procul dubio
quærat, dicto cap. Statutum 18. quæst. 1. ibi : postquam
enim Episcopus ordinatur ad altare quod sacrificia-
tur, quod acquirere potuit, restituat, cap. cùm olim 14.
vers. Præterea de Priuileg. Conarruias in cap. de
testament. num. 17. & 19. Molina de primogen. cap. 10.
num. 28. Pereira Iunior decisio 75. numero 1. & 3.
Cened. de Paupertate Religionis, dubitatione 44. nu-
mero 5. & à numero 31. Pelagius de planct. Eccles. libro 2. capite 24. Fab. de Anna dicto confit. 45. nu-
mero 107. Campanilla rubric. 12. capite 14. numero 8.
Leffius de Iustitia, & Iure, libro 2. capite 4. dubita-
tione 11. post alios Sanchez libro 6. dicto capite 6.

numero 8. & libro 7. capite 32. numero 62. & 63. Barbo
in dicto capite Statutum, numero 12. & 3. sequentiam
Nam indubitate est differentia inter Episcopum
à Monachismo promotum, vel à Clericatu, quod
iste omnia post Episcopatum sibi obuenientia, sive
iure hereditario, sive quovis alio ad eum velut ad
verum Dominum pertinent, deque illis liberte dispo-
nere potest ; ille vero nudam tantum habet adminis-
trationem ex munere Episcopali ipsi intendo com-
petentem, Sanchez dicto capite 6. numero 8. & 10.
& ex plurimis sententiis resoluti Nicolaus Garcia de
benefic. 7. part. cap. 10. num. 89. & hanc sic refrestram,
ac limitatam, quod exceptis sumptibus necessariis,
nil de bonis quomodo cumque quasitis in præ-
dictum Ecclesiæ, cui praestet, disponere, aut alienare
valet, text. in cap. Non dicatis 12. quæst. 1. cap. cùm
ad Monasterium de statu Monachorum, cap. cùm olim
vers. Præterea, de Priuileg. & ibi Glossa verb. Refuta-
tionem. Et resoluunt post Emanuel. Rodriguez, Na-
varram, Sanchez, & alios, Hieronymus Rodriguez,
Lusitanus in Compendio Questionum Regularium,
patru. resolut. 60. num. 9. Gabriel Pereira dicta do-
cione 75. num. 3.

5. Sed his non obstantibus affirmatiuam senten-
tiam probabilem esse olim putavi, & nunc iterum
puto ad compescendam audaciam Theologasti, qui in
his diebus improbabilem, & nimis laxam notauit
hanc opinionem. O perficta frontis hominem !
Ergo improbabilis erit opinio, quam docunt
Sotus, Angles, Medina, Palacios, Valquez, Marquez,
Pontius, Puente, Hurtado, VVadings, & alij plures
à me alibi citati, qui merito Gigantes Theologo-
vocari possum, & qui validissimis rationibus firmant
Regularem ad Episcopatum assumptum liberom re-
manere à voto paupertatis. Et hanc sententiam contra
dictum Theologastrum etiam Auctores opinionis
contraria asserunt esse probabilem, & utam in pra-
xi fatentur, ita docet Sanchez in Summa Theologia,
tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 13. Probatur probabilitas
huius sententia ex textu in cap. statutum 18. quæfio-
ne 1. ibi : Monachus quem canonica electio à iugo
Regula Monastica professionis absoluat, & sacra Ordina-
tio de Monacho Episcopum facit, velut legitimu-
m heres paternam sibi hereditatem posse, iure vindicandi,
potest habeat. Tum qui liber erudit, & est
absolutus à iugo Regula, id debet intelligi de iugo,
sive nexu principali Religionis, hoc est professione,
quæ illum verum constituebat Religionis, alias
paternam sibi hereditatem vindicare non posset,
vt potest ; cùm si obedientia, & paupertatis vinculo
arceretur, Superioris indigret placito, & cùm eo
solum Religioni acquereret, non autem sibi vindicaret,
vt incapax dominij, sine quo vindicatio non
procedit, leg. in rem, ff. de rei vindic. Tum quia
verba, & sacra Ordinatio de Monacho Episcopum
facit designiant terminos à quo, & ad quem, quo-
rum unus alterum excludit, clare demontat Religio-
sum non manete illum, qui est creatus Episcopus,
cum de statu Religioso : ad Episcopatum dignitatem
ascenderit ; cap. nisi cura pridem de renunc. ibi Fili-
lius indulgetur, ut ascendat Monachus ad Prelatum,
quam Prelat ad Monachatum descendat. Secundum ta-
lis Episcopus qui Monachus existens habitum Reli-
gionis præcise portare tenebatur dimittere potest,
Manuel Rodriguez quæst. regul. tom. 2. quæst. 1.
artic. 3. Tapia in Autent. ingessi, Cod. de Sacra San-
cta Eccles. verb. Sua, cap. 6. numero 61. Grat. in Summa
lib. 2. cap. 57. numero 9. Azor. institut. moral. lib. 1. in
cap. 7. Pater Hurtado de Mendoza de Fide, Spe, &
Charitate, tom. 2. diffut. 160. sub scđt. 3. §. 64. vers.

Sed in aliquibus. Tertiò potest in vita de bonis suis, ac de acquisitis intuitu Ecclesie tam amplè disponere, ut voler licet Episcopus secularis. Cardin. in Clem. 2. cap. 2. Sed & tales, non i. de vita, & honestate Clericorum, Farinac. tom. 2. nouiss. dec. 2. cap. 4. Sanchez in precep. Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 6. n. 14. Augustinus Barba de officiis & potestate Episcopi, part. 3. allegat. 114. num. 22. Mar. Cutel. tractat. de donat. tom. 1. tractatio- ne 1. discurs. 2. part. 3. num. 136. Quarto testamentum ante professionem factum, quod exiftens Religiosus renocare non poterat, Abbas in cap. in praesentia, numero 61. de probat. Ioan. Gutier. Canonici. quæst. lib. 2. cap. 1. n. 37 factus Episcopus exercitare valet. Iaf. post Batt. in Aubert. ingressi, num. 7. Cod. de Sacro Sanct. Eccl. post Tabiam ibid. verb. Ideoque negue de illis, cap. 1. num. 67. Molfes. d. cons. 1. num. 21. cum duobus seqq. id confirmat exemplo mortui reuulscentis, & omnia sua recuperantis. Quinto, donare potest, Baldus in cap. Cleric. el 2. n. 7. de vita, & honestate Cleric. Cardin. in Clem. 2. §. sed & tales, in princip. eod. tit. Nauar. conf. 15. de regul. & conf. 78. num. 4. Rota diuersi. 77. part. 1. Farinac. tom. 2. nouiss. dec. 2. cap. 4. & per 10am. & dec. 306. Ludouisi. dec. 40. per totam. Cum autem id sit dominium transferre, si si in aqua disfore- tu. Inflitus. de actionibus, inde planum fieri videtur in eo rei donatae dominium residere. Ceteras rationes videbis apud citatos. Authores, & presentem apud Hurtad. & Vvadingham. Vnde licet ego adhæream prima sententia negatiue tanquam communio, & iustiori, altero tamen secundam sententiam affirmativa esse probabilem, consulo tamen Episcopis regularibus ne discedant à prima sententia Diuini Thomae, quæ, vt dixi, est communis, & practi- canda.

RESOL. CVII.

An Consecratio Episcoporum officiat, ut ipsos offendentes incurvant in excommunicationem Bullæ Cane contra offendentes Cathedrales? Et quia, si Episcopus tantum sit electus, & confirmatus non tamen consecratus? Et deducitur, quod Cardinales ex quo electi sunt à Summo Pontifice, & electionem acceptauerunt, tamen Capellum non obtinuerint, gaudem prædicto privilegio. Et aduertitur, quod in appellatione Pontificis, seu Episcopi non venit nisi consecratus Episcopus, quia electus, & non consecratus non est Episcopus. Ex p. 12. tract. 1. Ref. 107.

S. I. Respondeo negatiue. Dico igitur quod in dicta excommunications 11. Bullæ includuntur primò Cardinales sanctæ Romanæ Ecclesiæ, qui sic dicuntur ex quo electi sunt à Summo Pontifice, & electionem acceptauerunt, tamen capellum nondum obtinuerint, vt tradit Sayrus lib. 3. cap. 15. num. 3. Filiuci tract. 16. n. 1. Bonacina diff. 1. q. 12. punt. 2. n. 2. Secundò Patriarchæ, id est, Summi Patres inter Episcopos primum locum tenentes. Tertiò, Archiepiscopi, id est, Episcopi Metropolitaniani pluribus Episcopis præsidentes, sic nuncupati post Pallij receptionem, cap. transmiss. de Elezione, cap. Nisi fidelis de Autoritate, & Vt pallij. Quartò Episcopi plenius Civitatis, vel Diocesis. Debet autem secundum probabilitatem sententiam, quam defendit Caeteranus verb. Excommunicatio, cap. 1. 2. Sayrus vbi supra, n. 4. Nauarus cap. 2. n. 67. Hugolinus in praesenti, verb. Patriarcha, n. 3. Filiuci q. 5. n. 240. Suarez diff. 2. feb. 1. n. 69. Bonac. alii relatis diff. 1. quæst. 12. Tom. IV.

punct. 2. n. 7. aduersus Graff. 1. part. dec. 1. lib. 4. cap. 18. num. 101. esse consecrati. Neque sufficit esse electos, & confirmatos; quia ante consecrationem non sunt Episcopi verè & propriè, cum non sint charætere Episcopali insigniti, tametsi Episcopali iniunctione gaudent. Et cum versenut in materia odiosa, non debet homen Episcopi ultra propriam & strictam significacionem extendi. Quintò, Legati, seu Nun- ci, qui à Summo Pontifice causa negotiorum ad Principes mittuntur, dum eorum Legatio datur. Itaque nostram sententiam præter Doctores citatos tenet etiam Leander de censuris, tom. 4. tract. 3. disp. 1. q. 12. Rubeus in Aphor. Episc. verb. Consecratio, p. 13. Dico itaque quod interficiens, aut capiens Episco- pum electum confirmatum, etiam post acceptam possessionem Episcopatus, nondum tamen consecratum, non remaneat obstricatus hac Bullæ excommuni- catione, quamvis remaneret alia: etiam referuata Papæ, cap. si quis suadente 17. quæst. 4. Sic Caeteranus verb. Excommunicatio, cap. 12. ibi. Aduerte hinc quod appellatione Pontificis, seu Episcopi, non venit, nisi consecratus Episcopus: qui electus, & non consecratus non est Episcopus, licet sit administrator, & Episcopus electus, Sylvestris excommunic. 7. §. 44. Nauar. cap. 27. num. 67. vers. octaua. Toletus lib. 1. c. 25. Abbas, Felinus Cardinalis, & Diuus Antoninus, quos omnes refert, ac sequitur Alterius lib. 5. disp. 12. cap. 3. dub. 2. Suarez diff. 21. feb. 3. num. 69. vbi ad funda- mentum opposita sententia responderet, quod licet Episcopus electus, & confirmatus sit verè Episcopus, quoad ea, quæ iurisdictionis sunt, quia tamen deest illi consecratio, propter quam immunitas hæc, & priuilegium Episcopis est concessum, ideo hoc priuilegium solis Episcopis conferatis esse con- cessum censendum est. Et licet infra, vt videbimus plures nomine Episcoporum veniunt electi, & confirmati, licet non consecrati, hoc tamen procedit in favorabilibus, non autem in odiosis, vt est casus noster. Ergo, &c.

RESOL. CVIII.

An qui consecratur in Episcopum ante legitimam æta- tem, trigesima annorum, incurrit suspensionem, vel irregularitatem? Ex parte 12. tract. 1. Re- sol. 108.

S. I. **H**oc dubium mouet, & sic respondit Sua. Sup hoc sup. in Ref. 4. 9. à 5. diff. est, & in alio §. Aliud dubium est; An hæc pena locum ha- beat in eo, qui ante legitimam ætatem Episcopus eius non, consecratur. Nam in sacris Canonibus certum etiam ætatis tempus ad Episcopatum præserbitur, scilicet trigesima annorum; consecratio etiam Episcopi iuxta communem, satisque probabilem sententiam, Ordo quidam est, & consequenter inter sacros Ordines numerandus; ergo suspensio lata in eum, qui suscipit Ordinem sacrum ante legitimam ætatem, compre- hendet eum, qui ante trigesimum annum fuerit consecratus Episcopus. Nihilominus dicendum est illam poenam, & constitutionem non extendit ad Episcopos. Primi quidem ob illud principium generale, quod suspensio generatim lata non comprehendit Episcopos, nisi eorum fiat specialis mentio, iuxta cap. Quia periculoso, de sententia excommunic. in 6. Secundò, quia ex multis circumstantiis constat illam Extrauatam non loqui de Episcopum quia licet Episcopatus sit Ordo, tamen eius collatio propter excellen- tiā consecratio dicitur potius, quam ordinatio. Tum etiam quia illæ particulae littera dimis. extra tempora.